



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 116. Gubernatrix Bruxellis abire cogitans, sed præpedita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

populationem audiret, nec minus futurorum metu anxia, quam præsentium mœrore confternata esset, propere Senatum convocat, eique tantam hæreticorum sævitiam exponit: equidem Comites Mansfeldius, Arembergius, & Barlamontius, fidissimi quique in Regis obsequium obtulere peralacriter operam suam: Egmontius vero Comes, Oranius Princeps, Comes Hornanus, alique complures adversus arma disseruere, existimantes, periculum esse, ut vi, armisque plusquam quindecim hæreticorum tunc Bruxellis agentium millia magis irritentur: tandem vero favente hac opinionum dissensione a Senatu decretum, ut oblivionem præteritorum, securitatemque in posterum Gubernatrix offerret, si modo fœderis chyrographum, quod compromissum vocabant, ipsi antea comburerent, seque Catholicæ Religionis cultores, ac fidos Regis subditos perpetuo futuros pollicerentur.

§. CXVI.

*Gubernatrix Bruxellis abire cogitans,
sed præpedita.*

*Thuan. l. 40.
Strad. l. 5.*

Gubernatrix, quid decerneret, ignara, præfatam decisionem exequi, nimium retardabat, hac autem mora hæreticis ad novas violentias spatium indul-

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

indulgere videbatur, unde ob illorum minas Montes-Hanonix clam aufugere constituit, quamvis vero bina jam vice Bruxellensibus civibus hanc fugam dissuadentibus, hoc consilium exequi tentaret, semper tamen præpediebatur, eoquod sui animi propositum opportune fuisset detectum: tandem superante jam metu ad extremam redacta necessitatem Fœderatis petitam seditionis veniam, securitatemque indulgit, reliquis vero potestatem fecit Præconum suorum conciones adeundi in iis tantummodo locis, in quibus hucusque habitæ fuerant, dummodo inermes, nec infesti Catholicis convenirent, ita ut hæc duo tamdiu permessa censeantur, quamdiu Rex eadem concessa voluerit.

§. CXVII.

*Mansfeldius Comes Bruxellensibus urbis
Præfectus ab eadem nominatus.*

Postea Gubernatrix Comitem Mansfeldium, qui Bruxellas vicario munere gubernaret, nominavit, atque in urbem nova equitum, ac peditum præfidia advocavit, armataque aula, nihil omisit ad sui ipsius, Urbisque custodiam, ac securitatem: insuper civium Senatum haberi iussit, cui etiam Orangius Princeps unacum Egmontio, &

Thuan. &
Strad. l. c.

Hist. Eccles. Tom. XLVII. O o Hoch-